

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 27. γ) Si in honorem cambii acceptans non solvat.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

ceptionem ordinariam, tum circa acceptationem in honorem cambii siye debitoris cujusdam cambialis factam simili modo obtinent.

§. 26.

β) *Si contra alium.*

Alia vero rerum ratio existit, si non contra acceptantem, sed contra alium, trassantem scilicet siye indossantem quendam, actionem cambialem ex non facta solutione intendas. Nulla enim tunc actio nata est, nisi ex facto tertii omisso, id est ex solutione non praestita. Apparet igitur, hoc prae ceteris probandum esse, idque, uti ex anterioribus patet, non nisi protestatione cambiali. Et quidem omnino idem obtinet, siye trassatus siye alius, a quo acceptatio per literas commendatitias (§. 19.) petita sit, quique exinde acceptavit, *) siye porro ipse acceptans siye acceptantis heredes solutionem detrectent. **)

§. 27.

γ) *Si in honorem cambii acceptans non solvat.*

Evenit autem interdum, ut post consignationem protestationis ex denegata acceptatione per trassatum facta subortae alius quidam in honorem cambii acceptet. Quaeritur nunc, si et is, qui interveniendo acceptavit, tempore convento non solvat, an denuo sit protestatio inferenda? Dubitant auctores. ***) Jubent protestationem du-

*) Allg. pr. L.R. P. II. §. 1112.

**) Allg. preuß. Landr. P. II. §. 1108, 1110.

***) Püschmann §. 119.

D



duplicem fieri interdum leges particulares *) et recte quidem, quantum ego video. Nam acceptationem in cambii honorem consensu possessoris cambii factam solutio acceptantis sequatur necesse est; et quamdiu illam futuram esse expectes, nulla tibi actio contra trassantem nata erit. Hanc ergo si instituere velis, necessario probandum tibi erit, solutionem non esse praestitam; quam quidem probationem, factum tertii scilicet concernentem, alio modo quam per protestationem cambialem efficere non poteris.

§. 28.

§) Si solutio particularis facta sit.

Particularem solutionem cum acceptans obtulit, cambii proprietario eandem acceptare licet, sive regressum facta protestatione tueri sive eodem neglecto de residuo periclitari velit. Qui vero non nisi ex mandato alterius solutionis sibi faciendae curam habet, utrum particularem solutionem acceptare an denegare debeat, ambigitur **), sed hoc non nostrae disquisitionis est; minime vero dubitatur nec dubitandum est, huncce mandatarium in casu particularis solutionis de residuo protestari debere. ***)

§. 29.

*) Idem statutum esse videtur in *Sy. Kurf. Durchl. zu Pfalzbaiern Wechselpatent* (München 1786.); *Wechselordnung* §. 12.

***) Diverfas sententias circa hanc quaestionem habes in *Allg. pr. LR. P. II. §. 1117.* et (SIEVEKING'S) *Materialien* §. 273 lqq.

****) *Allg. pr. LR. P. II. §. 1117.*

